

libri de excessu mentis describit

PRAEFATIO BEATI RHENANI AD

Nem⁹ insipit⁹

Origene⁹

Tiner coniubia  
Tyrann⁹ Demonicorum

Foz frēm̄ cōrīt̄  
fām̄ apostolom̄

rum mundo cōmunicare? Quāquā, ut ante testatus sum, sunt quædam in hijs quæ me offendant. Sed formoso nōnunquam corpori omnibusque pulchritudinis numeris cōmendato, neuis aliquis turpiculus inest. Enim uero diuus Hieronymus in epistola ad Tranquillinū, cū Origenem propter eruditionem sic interdum legendum arbitratur, quomodo Tertullianum, Nouatum, Arnobium, Apollinariū, & nonnullos ecclesiasticos scrip̄tores Græcos pariter & Latinos, ut bona eorum eligamus, uitemusque contraria, iuxta Apostolū dicentē, Omnia probate, quæ bona sunt tene te, hauddubie significat etiā in Tertulliani libris quædam inesse reprehēdenda, præsertim in hijs (ut coniūcio) quos de ecstasi conscripsit, qui hodie non extant, fortassis ab illis suppressi qui tranquillitati ecclesiæ consultū uolebant. nam (eodem autore) in septimo libro operis de ecstasi, Mōtani prophetiam pertinaciter asserit. Sed consiliū Hieronymi de legendō Ori gene, nos ad Tertullianū quoq; accōmodemus, sic huius bona recipientes ut mala respuamus. nam & hic (quod idem de Origene narrat) scripturas in multis bene interpretatus est, & prophetarū obscura differuit, & tam noui quām ueteris testamenti reuelauit maxima sacramenta. Porrò cum nihil sit in gentilium literis uel tam prophanū uel tam obscenū quod nō magnifice æditum à Christianis legatur, cur tam uetus autor qui primus inter Latinos sacris enarrandis manus est admolitus, & nascentem Christi doctrinam laboriosissimis scriptis adiuuare tentauit, supprimi de beat non uideo. Et quæ Christianismi pernicies ex impuris quorundā ethnicorum libris oriatur, notius est quām ut hic sit indicandū. Nos certe ne quid tale hic accideret, uarijs modis occurtere studuimus. Non enim argumenta singulis libris & marginariis annotationes addidisse contenti, præter admonitionē ad lectorem huius uoluminis quæ statim hic subdatur, in operis calce Definitiones ecclesiasticorū dogmatū adiecimus, ut si quid aliter à Tertulliano traditū legerit, ex eo libello sciat quid ab orthodoxis patribus in diuersis synodis sit statutum, quas cum omnīs antecēserit Tertullianus, exceptis illis quatuor synodis Apostolicis quarū Acta meminerunt, minus mirandum est si sui seculi sit interdum opinioneſ ſicutus. Multū ſanè ad huius nos autoris lectionē animare debet, quod diuus Cyprianus hunc ſuum magistrū uocauerit, nullū diem transmittens in quo non aliquid in huius opusculis legeret. Et Nepotianum celebrās Hieronymus à lectione Tertulliani cōmendat, cū inquit, Sermo eius per omne conuiuiū de scripturis aliquid proponere. Illud (aiebat) Tertullianī iſtud Cypriani: hoc Lactantij, illud Hilarij est. Idem ex damnato libro de Monogamia nō ueritus est Paulinū docere quomodo sancti ſint qui de fidelibus ideſt baptizatis naſcuntur, ut appareat prudentē lectorem etiā ex spinis roſam, & undecimq; profectū capere poſſe. Quid quod ex his libris quædam in alijs autoribus caſtigari poterūt. Verbi gratia, Marcion hæreticus

Cyprianus dixit Tertullianū ſūm̄ ipſe magistrū